



## **Policratici Contenta**

**Johannes <von Salisbury, Bischof>**

**Parrhisius, 1513**

C. xiiii. De septima claue discentiu[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

cescit nec succrescit soboles numerosa/nisi in virtutibus baculo iordanem labentium solitudo transferit:& in duabus turmis spiritualium & corporaliu bonoru in patria diues ingreditur:qui etiam inter cognatos exul in pure contemplationis & recte operationis labore diutius sudauit. Qui vero alia via philosophari nituntur errant:& urgente fame primogenita distrahet/si tamen inuenerit germanum qui vel lenticulam sapientie precii nomine largiat. Est enim ut fert dixisse aristippus indulgere vitiis a legedi studio temperare.

Aristippus.

De septima clauē discentiū. Capm. XIII.

**I**N libro quintiliani de institutione oratoris septima clauis discentiū ponitur amor docentiū quo preceptores ut parentes amandi sunt & colendi. Sicut enim illi corporu: ita & isti quidem sunt genitores animorum/ non quidem de se ipsis propagando substantia: sed quasi sapientiam in auditorum mentibus gignunt in melius reformando naturam. Et hec quidem pietas/studio plurimum confert. Nam & libenter audiunt quos amant:& dictis credunt:& eis similes esse concupiscunt:& pio faciente affectu in ipsos ceteros scholarium: leti alacresque conueniunt. Emendati non irascuntur: laudati non erubescunt: ut sint & ipsi charissimi studio merebuntur. Nam ut doctorum officium est docere/sic auditoru prebere se dociles. Alioquin neutrum sine altero sufficit. Nam sicut hominis ortus ex utroque gignetium est confectus/& frustra sparseris semina nisi ea promolitus fouerit sulcus/ ita scientia coalescere nequit/nisi sociata tradentis accipientisque concordia. Hec quidem quintilianus in preceptis eloquentie: sed nihilominus sunt ad institutionem sapientie applicanda. Profecto nec eloquentia nisi in preceptis sapientie comparat:& in forum illorum qui aures audiendi habent: non modo ridiculosus sed quodammodo vesanus irrumpt quocumque philosophia ut loqueretur diligentius non instruxit. Septem alias clauas quas ad intelligentiam scripturarum ticonius posuit in lucem proferet liber qui de doctrina christiana inscribitur: sed nequaquam istis obuiant/omnes potius versantur in vna istarum. Eas namque studium querendi complectitur. Ceterum de traditione gentiliu sermo fuerat institutus/ita tamen ut ad institutionem fidelium ex proposito referatur. Vna tamen est & singularis: & quasi clauium clauis illa que aperit:& nemo claudit: claudit & nemo aperit:& sine qua ad intelligentiam veri nullus accedit/quam quisquis aut non apprehendit aut non tenet potius eum insanire crediderim quam philosophari.

Ticonius.

Apocal. iiii.